

Hoc libro Stephanus Berard, glottologiae linguarumque professor ac per totam vitam scientiae naturalis simul propagator, operum scientialium Latine scriptorum longissimam historiam, vicesimo tamen saeculo maxima ex parte interruptam, quodammodo continuare conatur. Scientiae physicae quantalis novissima mirissimaque reperta ita enucleat ut doctus homo quisque, etsi non physice doctus, attente tamen legens intellegere omnino valeat. Berard satis multa vocabula specialia adhibet – quorum omnia non solum ilico sed etiam in vocabulorum indice suppeditato explanantur – ut lector harum rerum scientiam profundiolem se adipisci confidere possit quam qui ad solitos libros physicos populares decurrit. In hoc opere perspicue disposito, post prooemium dilucidum nuntiisque plenum, exponuntur primum experimentorum quantalium eventus, recensentur deinde modo accurato et « critico » interpretationes scientales hoc temporis eminentes, explicatur demum quid inter haec nova et doctrinas philosophicas omnium temporum intersit. In conclusione proponit auctor ut omnium artium, non solum « scientificarum », praeceptores et suos et discipulorum animos multo magis intendant in doctrinas et cogitandi modos holisticos quos scientia quantalis manifeste significat.

Huius Libri Dispositio Generalis :

Præfatio

Prooemium

I. De Experimentorum Eventibus Horumque Interpretationibus Scientialibus Praecipuis

A. De Experimentorum Eventibus

1. De Repugnantia, Reciprocatione, Ambiguitate Quantalibus
2. De Implicatione Quantali Localitatisque Defectu
3. De Hypersymmetria et Symmetria Temporalis

B. De Interpretationibus Scientialibus Praecipuis

1. De Interpretationibus Hauniensibus
2. Interpretationibus Transactionalibus
3. De Interpretationibus secundum Vndam Gubernatoriam

II. De Interpretationibus Philosophicis Praecipuis

A. De Reductionismo

1. Consideranda Historica Aliquot
2. De Reductionismo Materialistico Scientali Moderno
3. De Mentalismo Moderno

B. De Holismo

Conclusio: Ad Institutionem Publicam Pertinentes Significationes Quantales Aliquot

Vocabulorum Index

Opera Prolata